

**ICONES SELECTÆ  
HYMENOMYCETUM  
NON DUM DELINEATORUM.**

VIII.

FRANZ KREISCHER

HISTORISCHE MUSIK

FRANZ KREISCHER

## OMPHALIA.

Stipes cartilagineus. Pileus umbilicatus. Lamellæ vere decurrentes. Omnes inodoræ sunt.

I. COLLYBARI: pileo demum infundibuliformi, margine primitus involuto.

\* *Hydrogrammi*: lamellis angustis, confertissimis.

## CXLI. AGARICUS HYDROGRAMMUS FR.

*Syst. Mycol. I. p. 169. Epicr. p. 120. Monogr. I. p. 179. Quillet jur. p. 218.*

*Ag. streptopus et orthopus Pers. Myc. Eur. p. 107.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, umbilicato, demum infundibuliformi, flaccido, glabro, hygrophano, margine striato; stipite fistuloso, lœvi, glabro, subcompresso, basi radicato, hirto lamellisque decurrentibus, confertissimis, livido-albis.

Locis humidis inter folia coacervata et putrescentia (*Fagi præcipue*) in Suecia meridionali et Europa media.

*Descr.* Subcæspitosus, unicolor, udus lividus l. albido-lividus, siccus albescens, in quo statu cum *Ag. phyllophilus* confusus. Stipes eximie cartilagineus, cavo-fistulosus, 3 unc. longus, 2—3 lin. crassus, glaber, sed basi radicatus et albo-barbatus, præcipue in varietate *streptopoda*; nunc brevior teres rectus, nunc elongatus, saepe decumbens et compressus, undulatus, apice nudus. Pileus submembranaceus, flacidus,

profunde umbilicatus, 2 unc. et ultra latus, eximie hygrophanus, limbo mox patente, subundulato, striato. Lamellæ longe decurrentes, confertissimæ, perangustæ, arcuatæ, valde inæquales, integerrimæ.

*Hydrogrammus* hic *Agaricus* est dictus e pileo valde hygrophano et in statu udo striato. In statu sicco albescit, quare haud dubito quin hujus loci sit *A. hydrogrammus* Bull. t. 564 f. A. Reliquæ figuræ ad species valde diversas referendæ.

Species *A. hydrogrammo* proximæ sunt *A. chrysoleucus* et *ventosus* coloribus facile distinctæ. Colorem aquose albidum l. lividum hygrophanum ars pictoria ægre reddere potest, quare obscurior appareat, quam in statu udo est.

Tab. 71 *A. hydrogrammum* depingit.

## CXLII. AGARICUS DUMOSUS FR.

*N. sp.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, e convexo plano, leviter umbilicato, testaceo-rufo versus marginem striato; stipite fistuloso, glabro, concolori; lamellis leviter decurrentibus, confertis, pallidis.

In silvis dumetosis circa Upsaliam rarius.

*Descr.* Solitarius, statura et magnitudine varians. Stipes cavo-fistulosus, a basi leviter attenuatus, 2—3 unc. longus, 2 lin. crassus, lœvis, glaber, testaceo-rufus, basin versus obscurior, brunneus. Pileus submembranaceus, e convexo applanatus, regularis et parum tantum umbilicatus (quo a proximis mox dignoscitur), 1—2½ unc. latus, e magna parte pellucido-striatus, glaber, testaceo-rufus. Lamellæ multo minus decurrentes et confertæ quam in proximis, planæ, albidae.

Coloribus proxime accedit ad *A. ventosum*, cum quo jungere in mente fuit, at statura longe alia, ut potius cum *A. umbilicato* comparetur. Etiam quadam figuræ *A. hydrogrammi* Bull. ad hunc pertinere videntur. *Ag. hydrogrammus* Bull. est species maxime collectiva. Fig. C. D. O. ad nullam mihi obviam speciem referre licet. Fig. G, H ad *Ag. Cyathiformes* pertinere videntur.

*Ag. ventosus*, cum quo præsens confusus fuit, pileo profunde umbilicato, demum infundibuliformi, lamellis longe decurrentibus et colore carneo facile distinctus. Est quasi forma gigantea *Ag. pygidati*. Hunc tantum in fagetis Sueciae meridionalis legimus.

Tab. 72 f. 1 *Agaricum dumosum* refert.

## CXLIII. AGARICUS DETRUSUS Fr.

Fr. Monogr. II. p. 291.

*Diagn.* Omphalia pileo subcarnoso, e convexo umbili-  
cato stipiteque firmo, mox cavo, glabro obscure cinereis;  
lamellis dente decurrentibus, tenuibus, confertis, albidis.

In silvis circa Reymyra Ostrogothiae legit H. von Post,  
qui specimina et iconem communicavit.

*Descr.* Habitus hujus speciei est Clitocybis, at stipite car-  
tilagineo facile distinguitur. Stipes junior farctus, dein cavus,  
firmulus, 1—1½ unc. longus, 2 lin. crassus, sursum attenua-  
tus, laevis, glaber, obscure cinereus, fere nigrescens, basi  
vero albicans. Pileus leviter carnosus, primo convexus,

dein umbilicatus, 1—2 unc. latus, laevis, glaber (ex icona  
subzonatus), obscure cinereus. Caro alba. Lamellæ subhor-  
izontales, leviter et dente modo decurrentes, lineam circiter  
latæ, tenues, admodum confertæ, albidæ.

*Agaricus umbilicatus* SCHÆFF. t. 207 nostro proximus  
differt colore livido, sicci albicante, stipite apice sericeo,  
pileo primitus umbilicato. Statura quoque convenit cum *A. dumoso* supra descripto, at e descriptionibus collatis diffe-  
rentia patet.

Tab. 73. f. 1 *Ag. detrusum* exhibet.

## CXLIV. AGARICUS MAURUS Fr.

Syst. Myc. I. p. 168. Epicr. p. 121. Monogr. I. p. 181.

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, convexo, um-  
bilicato, glabro, striato, hygrophano, sicco laevi sericeo-  
nitente; stipite subfistuloso, tenui, rigido, stricto, nigricante;  
lamellis decurrentibus, confertissimis, candidis.

Locis paludosis deustis hanc elegantem speciem sub du-  
plici forma plures legi. In Fennia KARSTEN.

*Descr.* Stipes eximie cartilagineus, subcorneus, rigidus,  
fragilis, primo flocculoso-farctus, dein fistulosus, 1—2 unc.  
longus, lineam vix crassus, glaber, fuligineo-nigricans. Pileus  
submembranaceus, typice hemisphaericus, at late et profunde

umbilicatus, circa marginem late reflexus, unciam 1. parum  
ultra latus, glaber, hygrophanus, udus striatus fuligineus,  
siccus laevis, sericeo-nitens, lividus. Lamellæ utrinque atte-  
nuatae, acute et longe decurrentes, confertissimæ, candidæ.

Formam supra descriptam typicam non adesse pictam  
dolemus, sed ad hanc speciem sine dubio spectat var. *planiu-  
scula* pileo firmiore, vix striato, plano, lamellis leviter de-  
currentibus. Haec forma cum *Ag. atrato* facile confunditur,  
a quo lamellis confertissimis, angustis, candidis bene distinctus.

Tab. 73. f. 2 sistit *A. mauri* varietatem *planiusculam*.

## CXLV. AGARICUS LITUUS Fr.

Epicr. p. 121. Monogr. I. p. 180.

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, plano, pro-  
funde umbilicato, demum infundibuliformi, laevi, hygrophano;  
stipite fistuloso, gracili, striato lamellisque vere decurrenti-  
bus, confertis, angustis cinereis.

In pinetis ad terram locis graminosis dispersus nascitur  
raro, at circa Upsaliam plures lectus.

*Descr.* Stipes primo flocculoso-farctus, mox fistulosus,  
ad 3 unc. elongatus, a basi subincrassata hirta attenuatus  
(at variat basi attenuata radicatus), saepe flexuosus, teres,  
longitudinaliter striatus, cinereus. Pileus leviter carnosulus,

primo planus, profunde umbilicatus, dein totus infundibuli-  
formis, unciam 1. parum ultra latus, udus *laevis*, glaber, fere  
nitens, cinereo-spadiceus, siccus vero sordide alutaceus.  
Lamellæ vere decurrentes, demum rectæ, confertæ, angustæ,  
integerrimæ, obscure cinereæ.

Ab omnibus vicinis dignoscitur lamellis obscure cinereis,  
stipite elongato striatoque. Basis strigosa non semper tam  
insignis ut in exemplaribus pictis.

Tab. 72. f. 2 *Agarici Litui* iconem ante oculos ponit.

## CXLVI. AGARICUS OFFUCIATUS FR.

*Epicr. p. 121. Monogr. I. p. 181.*

*Diagn.* Omphalia pileo carnosulo, e convexo plano-depresso, lœvi, glabro, hygrophano; stipite fistuloso, tenaci, glabro, rubello; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertis, rubellis.

Duas hujus legimus formas, alteram majorem in fagetis Smolandiae, alteram minorem in pinetis circa Upsaliam.

*Descr.* Stipes eximie cartilagineus, fistulosus, 1—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, æqualis, junior teres, dein compressus, glaber, rubellus, apice saepe sed obsolete pruinosis. Pileus carnosulus, e convexo plano-depressus (nec ita pro-

funde umbilicatus ut in præcedentibus), uncialis, lœvis, glaber, hygrophanus, carneus, senilis et siccus expallens, fere albicans. Lamellæ minus decurrentes, primo arcuatæ, dein rectæ, confertæ, pileo concolores.

Hæc species a præcedentibus longius distat pileo vix umbilicato et modo depresso. Major forma ad *Ag. dryophilum*, minor ad *A. carneolum* accedit; lamellis vero decurrentibus ab utroque facile dignoscitur.

Tab. 72. f. 3 adumbrat *A. offuciati* formam minorem.

## CXLVII. AGARICUS SCYPHOIDES FR.

*Syst. Myc. I. p. 163. Epicr. p. 122. Monogr. p. 181. Weinm. Ross. p. 94. Quélet jur. p. 64.**Ag. inconspicuus Lasch n. 215. — Ag. buccinalis. Secr. n. 1021.*

*Diagn.* Omphalia candida, pileo submembranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, inæquali, lœvi, sericeo; stipite farcto, brevi, subvilloso; lamellis decurrentibus, confertis, angustis.

Ad terram locis muscosis in campis apricis post intensas pluvias per plerasque regiones, etiam Americæ.

*Descr.* Colore candido nec hygrophano ab omnibus hujus sectionis diversus, sed admodum multiformis. Stipes farctus, curtus, ½ unc. circiter longus, lineam crassus, æqualis, subvillus, flexilis nec rigidus. Pileus submembranaceus, primo umbilicatus, dein infundibuliformis, bene explicatus

unciam latus, inæqualis, limbo patente, at vulgo pusillus, 4 lin. modo latus, excentricus et flexuosus, e fibrillis subtilibus longitudinaliter adpressis sericeus et lœvigatus. Lamellæ vere decurrentes, tenues, confertæ, angustissimæ, lineares.

Inter Omphalias nulla exstat affinis species, nam *A. scyphiformis* concolor omnibus partibus differt. Major adest affinitas cum *Ag. Pleuroto mutilo*, qui vero differt pileo carnosiori, subdimidiato, reniformi l. spathulato, stipite sublateali glabro, lamellis crassiusculis minus confertis.

Tab. 75. f. 2 *Ag. scyphoidem* spectat.\*\* *Epichysii*: lamellis leviter distantes, linearibus.

## CXLVIII. AGARICUS CHRYSOPHYLLUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 167. Epicr. p. 122. Monogr. I. p. 181.**Ag. Epichysium ♂. Alb. et Schw.?*

Ad ligna putrida Pini in Sueciae silvis montanis frequens, raro in campestribus. Copiosissimum legi in acervis serraginis ad molas ligneas. In Carolina CURTIS.

*Descr.* Stipes tenax, mox fistulosus, 1—2 unc. longus, 2 lin. crassus, æqualis, e situ subincurvus, lœvis, glaberimus, basi villosa subradicatus, aureo-vitellinus. Pileus submembranaceus, flacidus, jam primitus profunde umbilicatus, limbo patente subreflexo, 1—2 unc. et ultra latus, flocculosus et saepe squamosus, valde hygrophanus, udus luteofuscus, siccus alutaceo-canus l. cano-albidus. Lamellæ vere

decurrentes, leviter distantes, distinctæ, persistenter aureo vitellinae.

Elegantissima Omphaliæ species e stirpe *A. Epichysii*, cum quo Albertini et Schweiniz conjunxisse videntur, a quo tamen longe distat. Nec alia exstat species, qua cum confundi potest. — *Ag. trichæus* P., in eadem statione lectus, omnibus hodiernis mycologis ignotus, recedit pileo carnososo, piloso, lamellis dente modo decurrentibus. Inter *A. chrysophyllum* et *decorum* medius.

Tab. 74. f. 1 *Agaricum chrysophyllum* adumbrat.

## CXLIX. AGARICUS POSTII FR.

Fr. Monogr. II. p. 291.

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, umbilicato, glabro, aurantiaco, margine striato; stipite fistuloso, lœvi, glabro, flavo; lamellis longe decurrentibus, linearibus, subdistantibus, albidis.

Locis paludosis in Ostrogotia lectus ab H. von Post.

*Descr.* Ad definitionem supra datam pauca modo addere licet. Stipes 3 unc. longus, lineam et ultra crassus, eximie

æqualis, strictus, pallide flavus. Pileus non aquosus nec siccitate flocculosus, primitus umbilicatus, dein depresso, marginem versus convexus. Lamellæ lineam latæ, arcuatæ. Colore lœto pilei aurantiaci facile dignoscitur.

Quoad colores *A. Postii* similis est *A. (Nolanea) cetratus*, qui sporis roseis abunde est distinctus.

Tab. 74. f. 2 *A. Postii* iconem ante oculos ponit.

## CL. AGARICUS LEUCOPHYLLUS FR.

Fr. in Vet. Akad. Förh. 1851 p. 45. Monogr. I. p. 183.

Ag. Epichysium v. leucophylla Alb. et Schwein.

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, infundibuliformi, lœvigate, glabro stipiteque e farcto fistuloso, rigido, glabro cinereis; lamellis decurrentibus, subdistantibus, candidis.

Locis humidis in pinetis. Legi prope Upsaliam in Al-

sike et Sunnersta skog. In Britannia: BERKLEY.

*Descr.* Ab *Ag. Epichysio*, pro cuius varietate proposuerunt ALBERTINI et SCHWEINIZ, omnibusque hujus gregis speciebus dignoscitur lamellis candidis. *Ag. Epichysio* insuper major, firmior, haud aquosus. Stipes e farcto fistulosus, rigidus,

1½ unc. et ultra longus, lineam crassus, æqualis, lœvis, pileo concolor dilutior. Pileus submembranaceus, infundibuliformis, ultra unciam latus, lœvigate nec floccosus, obscure cinereus, margine reflexo involuto. Lamellæ decurrentes, leviter distantes, distinctæ, arcuatæ, candidæ.

Analogus cum *Ag. mauro*, sed statura et lamellis subdi-

stantibus clare distinctus.

Tab. 73. f. 4 delineatur *Ag. leucophyllus*.

## CLI. AGARICUS PHILONOTIS LASCH.

Lasch! in Linn. III. n. 226. Fr. Epicr. p. 123. Monogr. I. p. 184. Quélet jur. p. 219.

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, infundibuliformi, subfloccoso, cinereo-fuligineo, hygrophano, margine demum erecto; stipite subfistuloso, elongato, sursum attenuato, concolori; lamellis longe decurrentibus, subdistantibus, linearibus, albido-fuligineis.

In paludibus sphagnosis, verno tempore, aliquot Sueciæ locis legi, at rarer species. LASCH in Germania legit, HASZ-

LINSKY in Hungaria.

*Descr.* Fragilis, totus fuligineo-cinereus. Stipes e farcto fistulosus, 1½—3 unc. longus, crassitie lineam vix attingens, glaber, basi floccosus. Pileus membranaceus, totus profunde

infundibuliformis, margine demum erecto, ½—1 unc. latus, ex-

strius, hygrophanus, siccus flocculosus. Lamellæ longe decur-

entes, adscendentæ, recto-porrectæ, subdistantes, angustæ,

pileo pallidiores.

Proxime affinis *Ag. Epichysio*, qui vero differt pileo plati-

nusculo, margine deflexo, lamellis plano-decurrentibus. Vulgo quoque ad ligna mucida legitur nec nisi raro in paludosis (var. *icmadophila* P.). Hujus bonam iconem videre licet in Pers. ic. pict. t. 13. f. 1. *Ag. sphagnicola* Berkl. a nostro differt lamellis sordide ochraceis.

Tab. 76. f. 1 *Agarici Philonotidis* imaginem prebet.

## CLII. AGARICUS STRIÆPILEUS FR.

*Fr. Vet. Akad. Förh. 1861. p. 22. Monogr. II. p. 291.*

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, e convexo explanato, umbilicato, glabro, undique striato, livido-fusco, hygrophano; stipite fistuloso, glabro, tenaci, fuscescente; lamellis subdecurrentibus, minus confertis, albidis.

Locus graminosis silvarum circa Upsaliam lectus.

*Descr.* Stipes fistulosus, firmulus, tenax, ad 2 unc. longus, lineam crassus, æqualis, saepe flexuosus, laevis, glaber, fuscescens. Pileus membranaceus, e convexo planus, umbilicatus, numquam infundibuliformis, uncialis l. parum ultra, totus eleganter striatus, glaber, livido-fuscus, sed ut hygrophanus

siccus laevis, albopalescens nec floccosus. Lamellæ leviter decurrentes, subconfertæ, 1—1½ lin. latæ, albidæ nec cinerascentes.

E characteribus datis referatur ad stirpem *Ag. Epichysii*, cui vero haud admodum affinis. Habitu potius accedit ad *Ag. Clitocyben curtipedem*; hujus vero stipes totus rasilis, pileus nec umbilicatus nec hygrophanus, lamelle dente modo decurrentes.

Tab. 73. f. 3 *A. striepileum* sistit.

## CLIII. AGARICUS AFFRICATUS FR.

*Fr. Syst. Myc. I. p. 169. Obs. Myc. 2. p. 213. Epicr. p. 123. Cooke Brit. I. p. 79.**Ag. tigrinus Alb. et Schw. Conspl.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, planiusculo, dein infundibuliformi, exstrio, albido, squamulis pilosis obscurioribus variegato; stipite subfistuloso, glabro; lamellis decurrentibus, subdistantibus, medio latioribus, albido-cinereis.

Locus paludosis inter Sphagna et præcipue adustis multis locis copiose lectus verno et æstivali tempore in Suecia, Germania, Anglia.

Stipes fistulosus, unciā longus, lin. crassus, sursum leviter incrassatus, laevis, glaber, cinereus. Pileus carnos-

membranaceus, convexus, profunde umbilicatus demumque infundibuliformis, ½—1 unc. latus, albidus, squamulis pilosis cinereis undique variegatus, margine deflexo, haud striato. Lamellæ longe decurrentes, subdistantes, medio latiores, griseæ.

Quoad colorem et vestitum pilei *Lentino tigrino* similis quidem, sed ceterum nulla adest affinitas. Lamellis medio latioribus et statura medius inter *Ag. Epichysios* et *umbelliferos*, sed ob lamellas leviter modo distantes hoc loco collocavi.

Tab. 75. f. 1 *Ag. africatum* adumbrat. Stipes in iconē erronee albus.

## CLIV. AGARICUS ONISCUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 172. Epicr. p. 123. Monogr. I. p. 185. Weinm. Ross. p. 86.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, e plano infundibuliformi, undulato, flaccido, obscure cinereo, hygrophano, margine striato; stipite subfistuloso, firmo, undulato, griseo; lamellis decurrentibus, subdistantibus, cinereis.

Locus muscosis turfosisque rario, at Upsaliæ sat frequens in Slottsbacken, plateis arenosis horti botanici, autumno seriori. In Hungaria: KALCHBRENNER.

*Descr.* Species protea, sed bene distincta. Stipes e farcto fistulosus, firmulus, sat tenax, nunc teres, curvatus, nunc inæqualis, subcompressus, undulatus, griseus. Pileus submembranaceus l. carnosulus, flacidus, exoletus fragilis, convexo-umbilicatus l. infundibuliformis, saepe irregularis, undulato-flexuosus, immo lobatus, vix uncialis, glaber, obscure cine-

reus, siccitate expallens, laevis, cano-griseus. Lamellæ decurrentes, subdistantes, cinereæ, siccitate obscuriores.

A præcedentibus admodum diversus, *Ag. pyxidato* proximus, sed color diversissimus. Colore et pileo irregulari proxime accedit ad *Ag. Pleurotum tremulum*. *Ag. cæspitosus* BOLT. sistit formam majorem expallentem, locis humidis obviam et valde recendentem, quare novam iconem formæ typicæ dedimus.

*Agaricus rusticus* Epicr. p. 124 = *Ag. ericetorum* Pers. Obs. I. t. 4. f. 12 (optima), sed ab *Ag. ericetorum* Pers. Syn. diversus, multo minor et tenuior est, pileo striato, sicco sericello e. s. p

Tab. 72. f. 3 ad *Ag. oniscum* pertinet.

## CLV. AGARICUS SCYPHIFORMIS FR.

*Fr. Obs.* 2, p. 221. *Epicr.* p. 124. *Monogr. I.* p. 185. *Quélet Jur.* p. 219.

*Diagn.* Omphalia alba, pileo membranaceo, e convexo infundibuliformi, glabro, margine striatulo, sicco laevi; stipite subfistuloso, tenui, glabro; lamellis decurrentibus, tenuibus, haud confertis.

Ad terram nudam brevipes, inter muscos longipes. Lec-  
tus in Suecia, Germania, Hungaria, Gallia etc.

*Descr.* Stipes mox fistulosus, tenax, nunc uncialis, nunc inter muscos ad 3 unc. elongatus, lin. vix crassus, aequalis vel apicem versus leviter incrassatus. Pileus ut supra,  $\frac{1}{2}$  unc. latus, passim obliquus. Lamellæ normaliter tenues, sed occur-

rit simul varietas l. potius monstrositas, lamellis crassioribus dichotomis, quæ pro *Cantharellus albido* a pluribus est sumta.

Ut *Ag. scyphoides* inter Hydrogrammos, hic inter Epi-  
chysios abnormis est et statura longe alia, pileo stipiteque  
glabris, lamellis minus confertis valde distinctus. Major si-  
militudo adest cum *Ag. Collybia muscigeno*, qui vero digno-  
scitur stipite capillari, flaccido, pileo globoso-hemisphaerico,  
numquam umbilicato, margine laevi, lamellis numquam de-  
currentibus.

Tab. 75. f. 3 *Ag. scyphiformem* ante oculos ponit.

\*\*\* *Umbelliferi*: lamellis latis, valde distantibus. Vulgo pumili.

## CLVI. AGARICUS RETOSTUS FR.

*Fr. Epicr.* p. 125. *Monogr. I.* p. 187.

*Diagn.* Omphalia pileo carnosulo, plano-depresso, laevi, umbrino, margine convexo, integro; stipite fistuloso, brevi lamellisque leviter decurrentibus, latis, segmentoideis, distan-  
tibus, pileo pallidioribus.

In silvis frondosis supra folia coacervata, primo circa Pe-  
tropolin a Weinmanno lectus, nuperius a me Holmiæ, Upsaliæ.

*Descr.* Pumilus, firmulus, totus umbrinus. Stipes e  
farcto fistulosus, tenax, vix uncialis, lineam et ultra crassus,  
aequalis, laevis, pileo pallidior. Pileus tenuis sed carnosior quam affinium, statura *Ag. umbelliferi*,  $\frac{1}{2}$  unc. et ultra latus, uodus laevis, siccus politus, glaber, quo ab *Ag. umbellifero* dignoscitur. Caro concolor. Lamellæ leviter decurrentes,

medio latiores, utrinque attenuatae, segmentum circuli refe-  
rentes, distantes, pileo pallidiores.

Colore ad *Ag. oniscum* accedit, sed *Ag. umbellifero* magis  
affinis lamellis admodum distantibus; non tamen sunt postice  
latiores, triangulares in *Ag. retosto*.

Huic subjunxi tamquam subspeciem *Ag. \*arenicolam*,  
locis arenosis circa Upsaliam semel lectum, diversum pileo  
flocculoso-verrucoso, lamellis confertioribus, angustioribus;  
melius observatus, vix dubie distinguendus.

Tab. 76. f. 2 duæ infimæ genuinum sistunt *Ag. retostum*, superiores  
subspeciem *arenicolam*.

## CLVII. AGARICUS SCHIZOXYLON FR.

*Fr. Monogr. II.* p. 292.

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, planiusculo,  
umbilicato, glabro, cinereo; stipite fistuloso, inaequali, rufo-  
fuscus; lamellis decurrentibus, distantibus, linearibus, pileo  
pallidioribus.

In scintillis ligni quercini, e rimis erumpens. Magnam  
hujus copiam Upsaliæ legi.

*Descr.* Dense gregarius, cæspitosus, firmus, irregularis.  
Stipes fistulosus, unciam longus, 1—2 lin. crassus, basi atte-  
nuatus et radicatus, vulgo curvatus et saepe compressus,  
laevis, rufofuscus. Pileus quam prioris tenuior, e convexo

planus,  $\frac{1}{2}$  unc. latus, subrepandus, immo excentricus, haud  
manifeste striatus, cinereus. Lamellæ minus quam in vicinis  
distantes et multo angustiores (vix lineam latæ), nec triangu-  
lares, nec segmentoideæ.

Cum nulla mihi obvia specie comparandus, varia vero  
communia habet cum *Ag. camptophyllo* Berkl. Outl. p. 133;  
hic vero differt stipite longiori, pubescente, pileo profunde  
striato etc.

Tab. 76. f. 4 *Ag. Schizoxylon* refert.

II. MYCENARII: Tenuiores, pileo primitus campanulato, margine recto stipiti adpresso.

### CLVIII. AGARICUS LÆSTADII FR.

*Vet. Akad. Förhandl. 1861. p. 22. Monogr. II. p. 292.*

*Diagn.* Omphalia pileo carnosulo, hemisphaerico, umbilicato, laevi, badio-fulvo, nitido; stipite fistuloso, rigido, badio-rufo; lamellis decurrentibus, confertis, distinctis, luteis.

Eximiam et pulchellam hanc speciem ad terram in luco amoenissimo Wreta udde ad lacum Mälaren legit C. P. LÆSTADIUS.

*Descr.* Coloribus ad *Ag. Campanellam* et *Ag. Fibulam* accedit, sed ab utroque optime distinctus, solitarius l. 2, 3 individua juncta. Stipes eximie cartilagineus, 2—3 unc. longus, lineam crassus, a basi leviter attenuatus, subflexuo-

sus, laevis, glaber, badio-rufus. Pileus carnososo-membranaceus, firmulus, hemisphaericus, umbilicatus, 2—3 lin. latus, laevis, glaber, nitidus, badio-fulvus. Caro tenuis, concolor. Lamellæ vere decurrentes, tenues, confertæ, lineam vix latæ, *numquam venis connexæ*, integrimæ, saturate luteæ.

*Ag. Campanella* differt stipite badio, basi fulvo-strigoso, pileo membranaceo striato, hygrophano et præcipue lamellis venoso-connexis. Cum *Ag. Fibula* vix comparandus.

Tab. 74. f. 3 *Ag. Læstadii* spectat.

### CLIX. AGARICUS PICTUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 166. Epier. p. 126. Monogr. I. p. 189. Weinm. Ross. p. 89.*

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, cucullato, umbilicato, striato, fuscescente, umbilico vulgo ochraceo; stipite farcto, corneo, spadiceo, basi membranula lutea floccoso-radiante; lamellis subdecurrentibus, latissimis, distantibus, pallidis.

Ad ligna mucida in fagetis et ad varias quisquillas v. c. folia Vaccinii Myrtilli, Abietis etc. putrescentia, raro et vulgo unicum modo specimen unoquoque loco.

*Descr.* Species valde singularis, ab omnibus diversa lamellis latioribus quam longioribus, sub triplici occurrit forma:

*A. Typica.* Stipes corneus, rigidus, farctus, glaber, spadiceus, basi membranulae floccosæ radiosæ fulvæ insertus, apice leviter incrassatus, pallidior. Pileus membranaceus, campanulato-cucullatus, fere ovalis, diam. 2—3 lin. circiter, sed altior, quam latior, fuscus, disco umbilicato vulgo flavo, lateribus perpendicularibus, obscure striatis, margine integro pallidiore. Lamellæ adnatæ, subdecurrentes, ob singularem pilei formam latissimæ, latiores quam longiores, distinctæ

(haud venoso-connexæ), distantes, subconvexæ, albidæ, flaventes.

*B.* Priori statura et colore similis, sed pileus papillatus. Eiusmodi lusus papillati nec umbilicati præbent *Ag. Campanella*, *griseus* et *Fibula*, qualis est *Ag. amœnus* LASCH.

*C. Concolor.* Magis a typō recedit: prioribus minor, absque membranula ad basin, pilei discus concolor sine umbilico et umbone, stipes tenuior, minus rigidus. Hæc forma legitur inter folia putrescentia Abietis.

*Ag. Phiala* Schum. Sæll. 2. p. 297 plurimis notis cum nostro convenit. Cfr. *Fl. Dan. t. 1730 f. 1.* At hic quadruplo saltim major et stipes pallidior, ut distinctam censem speciem. *Ag. pictum*, saepe lectum, *numquam* magnitudine variantem vidi.

Vegetationis rationibus *Ag. pictus* ad *Ag. Belliae* Berk. Outl. p. 134 accedit, sed pilei forma prorsus opposita, in *Ag. Belliae* tota inversa, cyathoidea.

Tab. 77. f. 4 *Agarici picti* præbet iconem.

## CLX. AGARICUS CYANOPHYLLUS FR.

*Fr. Monogr. II. p. 293. Vet. Akad. Förh. 1861. p. 23. Kalchbr. Hymen. Hung. t. 7. f. 2.*

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, campanulato, umbilicato, striato, e livido lutescente; stipite fistuloso, aequali, glabro; lamellis decurrentibus, subdistantibus, *late cyaneis*.

Ad truncos putridos Abietis prope Upsaliam detexit O. R. FRIES. In Carpathis legit Rev. KALCHBRENNER et e Jura indicavit QUÉLET (sed icon ab eodem in *Fung. Juranis* data, ipso monente, imperfecte colorata).

*Descr.* Gregarius, subfasciculatus, inodorus. Stipes sesquiuncialis, lineam vix crassus, laevis, jove udo lubricus, luteus l. livido-fuscus; reliqua ut supra. Pileus e campanu-

lato demum convexus, distincte umbilicatus, manifeste striatus, glaber, lividofuscus (rarius cyanescens), demum expallens cum colore lutescente incuso. Lamellæ longe decurrentes, leviter distantes, arcuatæ, lâte cyaneæ, demum expallentes.

Est e pulcherrimis Omphaliis. Affinitate naturali proxime accedit ad *Ag. reclinem*, at jam coloribus facile distinctus. Cum *Ag. laccato amethystino* nulla adest affinitas.

Tab. 77. f. 1 *Agarici cyanophylli* formam cyaneam adumbrat.

## CLXI. AGARICUS RECLINIS FR.

*Epicr. p. 127. Monogr. I. p. 190. Quél. Jur. p. 220. Kalchbr. Hung. t. 7. f. 3.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, obtuse campanulato, mox expanso, umbilicato l. toto infundibuliformi, livido, hygrophano, margine reflexo, striato; stipite fistuloso, glabro, tenaci lamellisque decurrentibus, confertis, crassis, albis griseisve.

In pinetis locis humidis, tam Smolandiaæ, quam Uplandiaæ copiose legi in acubus et ramulis Abietis ad terram dejectis.

*Descr.* Gregarius, tenax, subcartilagineus, inodorus. Stipes fistulosus, 1—2 unc. longus, lineam crassus, aequalis, interdum flexuosus, laevis, glaber, lividus, basi fuscescens l. in ramulis nascens albofloccosus. Pileus submembranaceus,

admodum rigidus et versiformis, primo obtuse campanulatus, mox umbilicatus et sensim inversus cyathiformis, margine tamen deflexo striato, 1—2 unc. latus, glaber, uodus lividus, siccus albidus l. isabellinus. Lamellæ primo adnatæ, dein longe decurrentes, arcuatæ, subconfertæ, distinctæ, crassæ, albæ l. griseæ.

Proximus videtur *Cantharelllo replexo*, qui habitu et colore omnino congruit, licet characteres præbeat Cantharelli. Junxissem cum *Ag. reclini*, nisi statione semper valde diversa gauderet.

Tab. 77. f. 2 ad *Ag. reclinem* pertinet.

## CLXII. AGARICUS UMBRATILIS FR.

*Syst. Myc. I. p. 157. Epicr. p. 127. Monogr. I. p. 190. Weinm. Ross. p. 88.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, e campanulato convexo, dein umbilicato, laevi, glabro, umbrino-fusco, margine striatulo; stipite farcto, tenaci, glabro, lamellisque decurrentibus, latis, confertis fuscescentibus.

Ad margines fossarum Scaniae olim serotinam legi hujus formam majorem pileo magis campanulato. Nuperius minorem copiose legimus ad littora lacuum Smolandiaæ, ut Bolmen, Häknasjön etc. jam æstate. In Hungaria: KALCHBRENNER.

*Descr.* Gregarius, tenax, hygrophanus. Stipes tubulosus, sed intus floccoso-farctus, 1—2-uncialis, lineam crassus,

aequalis, laevis, glaber, fusco-ater. Pileus submembranaceus, obtuse campanulatus, dein convexus, umbilicatus, uncialis, glaber, nigro-fuscus, siccus canus, margine leviter striato. Lamellæ adnato-decurrentes, pro ratione latæ, in individuis majoribus arcuatæ, confertæ, albofuscantes.

Coloribus et externa facie ad *Ag. retostum* accedit, at lamellis confertis aliisque notis facile distinguitur. Potius confundi potest cum *Ag. (Collybia) ambusto* et *atrato*, qui tamen characteribus Collybiarum sunt remoti.

Tab. 77. f. 3 formam minorem *Ag. umbratilis* refert.

## CLXIII. AGARICUS GRISEUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 158. Epicr. p. 127. Monogr. I. p. 191. Cooke Brit. p. 81.*

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, e campanulato convexo, glabro, hygrophano (e griseo albido); stipite fistuloso, tenaci, glabro lamellisque leviter decurrentibus, arcuatius, crassiusculis, subdistantibus, albido-griseis.

Locus graminosis in pinetis apud nos rariores species, sed in plerisque adjacentibus terris simul lectus.

*Descr.* Stipes vere cartilagineus, mox fistulosus, 2—3 unc. longus, lineam crassus, apice leviter incrassatus, teres, strictus, laevis, glaber, albido-cinereus, arrhizus. Pileus submembranaceus, e campanulato convexus, subpapillatus de-

mumque leviter umbilicatus, non vero expansus, ½ unc. latus, striatus, hygrophanus, e livido-griseo canus. Lamellæ leviter decurrentes, distantes, distinctæ, latæ, crassiusculæ, sed acie acutæ, griseo-albidæ.

Ambigit hæc species inter Mycenas et Omphalias, sed adest quoad staturam analogia cum *Ag. Campanella*; uterque variat pileo umbilicato et papillato. Ob lamellas vere, licet leviter, decurrentes, ad Omphalias referatur.

Tab. 78. f. 1 *Ag. griseum* proponit.

## CLXIV. AGARICUS SPEIREUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 159. Epicr. p. 113. Monogr. I. p. 191. Berkl. Outl. p. 126. Seer. n. 946. Quellet Jur. p. 220.*

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, e conico-convexo plano, striato, pallido, *disco papillato obscuriori* demum depresso; stipite filiformi, tenaci, nitido, fibrilloso-radicato; lamellis adnatis, dein decurrentibus, distantibus, candidis.

Dense disseminatus supra trunca muscosos Quercus, autumno seniori. Tam in Suecia, quam apud exteriores sat vulgaris.

*Descr.* Stipes subtiliter fistulosus, admodum tenax, filiformis, 2 unc. circiter longus, æqualis, glaber, nitidus, albus, basi fuscescens, radice fibrillosa caudatus. Pileus membranaceus, junior conico-convexus, dein planus, centro depre-

sus, umbone obscuriore fusco, ceterum pallidus albidusve, striis fuscis variegatus, 2—4 lin. latus, glaber, interdum pruinosus. Lamellæ primo adnatæ, dein pileo depresso longe decurrentes, distantes, alternæ breviores, candidæ.

Mycenis filipedibus magis affinis quam Omphaliis vicinis; ob lamellas vero demum longe decurrentes inter Omphalias inserendus. Locus similibus legitur *Ag. supinus*, at hic stipite brevi incurvo et lamellis liberis optime est distinctus.

Tab. 78. f. 2 *Ag. speireum* sistit.

## CLXV. AGARICUS SETIPES FR.

*Syst. Myc. I. p. 159. Epicr. p. 127. Monogr. I. p. 192. Weinm. Ross. p. 119.*

*Diagn.* Omphalia pileo membranaceo, e conico convexo, undique striato, fusco-griseo; stipite filiformi, stricto, basi pubescente lamellisque longe decurrentibus, subdistantibus, venoso-connexis, albido-griseis.

In dumetis roridis, v. c. *Rubi idæi*, inter muscos etc. haud admodum rarus. In Carolina: CURTIS.

*Descr.* Stipes filo tenuior, quare obsolete fistulosus, 2 unc. et inter muscos roridos altior, fere setaceus, tenax, strictus, typice glaber, griseo-albidus. Pileus omnino membranaceus, e conico convexus, saepe papillatus, demum umbilicatus, 3—4 lin. latus, fusco-cinereus et striis obscuriori-

bus variegatus, normaliter glaber. Lamellæ longe decurrentes, distantes, tenues, demum venoso-connexæ, albæ l. griseæ.

Hæc species tam multa habet cum *Ag. Fibula* communia, ut pro illius subspecie haberem, nisi colores constanter different. Uterque variat pileo papillato, et — quod singulare — sub lente pube tenuissima obducti passim apparent. Uterque habet varietatem stipite superne cœruleo, qualis *Ag. Fibulae* sistit *Ag. Swartzii* et *Ag. setipedis* hoc loco proponitur.

Formam typicam *Ag. setipedis* optime sistit *Ag. tentatulæ* Bull. t. 560. f. 3; iconem singularis lusus stipite superne cœruleo in tab. 75. f. 5 damus.

## CLXVI. AGARICUS GRACILLIMUS WEINM.

Weinm. Ross. p. 121. Fr. Epicr. p. 128. Monogr. I. p. 193. Cooke Brit. Fung. p. 82. Quélet Jur. t. 4. f. 2.

*Diagn.* Omphalia nivea, pileo membranaceo, hemisphaerico, subflocculoso, ad latera sulcato; stipite subsetaceo, basi floccoso; lamellis decurrentibus, subdistantibus, tenuibus.

Locus paludosus ad stipulas dejectas; primo circa Petropolin lecta, dein variis locis Sueciae, Angliae, Galliae.

*Descr.* Species tenella, marcescens, candida et junior subflocculosa. Stipes subtiliter fistulosus, filo tenuior, fere setaceus, mollis, 3—6 lin. longus, basi floccosa insititus. Pileus membranaceus, hemisphaericus, nunc umbilicatus, nunc

papillatus, at numquam inversus, 2—3 lin. latus, e flocculo glabrescens, udus manifeste striatus. Lamellae decurrentes, tenues, subdistantes, alternae dimidiatae.

Plurimis notis congruit cum *Ag. stellato*, sed tenuior et pilei primo floccosi forma lamellisque tenuibus certe distinctus.

Tab. 75. f. 4 *Ag. gracillimi* sistit iconem.

## CLXVII. AGARICUS INTEGRELLUS PERS.

Pers. ic. et descr. t. 13. f. 5. Fr. Syst. I. p. 161. Epicr. p. 128. Berkl. Engl. Fl. V. p. 64.

*Diagn.* Omphalia tenella, versiformis, tota alba; pileo membranaceo, ex hemisphaerico expanso, pellucido-striato; stipite brevi, tenuissimo, deorsum pubescente; lamellis decurrentibus, distantibus, subramosis, acie acutis.

Ad terram humosam, folia putrescentia et ligna putrida passim per plurimas Europae regiones; etiam Americae.

*Descr.* Parvus, versiformis, totus albus. Stipes subtiliter fistulosus, tenuis, sed firmulus, uncialis usque, ad ligna incurvus, deorsum pilosus et basi saepe bulbillo villoso adnatus. Pileus membranaceus, junior conicus, 2—3 lin. latus, mox hemisphaericus, saepius diffornis, explanatus,  $\frac{1}{2}$  unc. latus et disco depresso, margine striato. Lamellae decurrentes, angustae, plicaeformes, distantes, ante marginem vulgo evanescentes, aequales vel ramosae ut in *Cantharellis*, sed acies acuta.

*Ag. integrillus* una cum *Ag. microscopico* mihi ignoto et *polyadelpho* peculiarem sistit sectionem, a precedentibus

longius distantem. *Ag. integrilli* bonam iconem l. c. dedit PERSOON, sed loco vacuo addidi novam, sistentem formam ad *Ag. polyadelphum* accedentem.

Tab. 75. f. 6 ad *Ag. integrillum* pertinet.

In Museo Holmiensi insuper depicti servantur: *Ag. umbilicatus*, *Ag. pyxidatus*, *Ag. hepaticus*, *Ag. Epichysium*, *Ag. muralis*, *Ag. rusticus*, *Ag. umbelliferus*, *Ag. griseo-pallidus*, *Ag. stellatus*, *Ag. Campanella*, *Ag. Fibula*. Horum omnium jam exstant bona icones.

*Ag. Helvelloidess* Bull. a me ad *Cantharellos* relatus est, nempe ad *C. cupularem*. *Ag. rufulum* Berkl. ad *Ag. demissum* pertinere suspicor. Ob habitum *Ag. laccati* juxta hunc in Epicrisi p. 80 collocatus, sed e characteribus est *Omphalia*.

## M Y C E N A.

Stipes cartilagineus, fistulosus. Pileus campanulatus, subumbonatus, margine recto stipiti primitus adpresso. Lamellæ liberæ vel adnatae, non decurrentes.

I. CALODONTES: lamellarum acie discolori, saepe denticulata.

### CLXVIII. AGARICUS ATROMARGINATUS LASCH.

*Lasch in Linn. III. n. 181. Fr. Epicr. p. 101. Monogr. I. p. 198.*

*Diagn.* Mycena pileo membranaceo, conico-expanso, sulcato, viscidulo; stipite procero, striato, glabro; lamellis attenuato-adnexis, angustis, albidis, *acie nigra*.

In pinetis circa Upsaliam ad terram solitarius quotannis obvius, autumno tantum seniori. LASCHII fungus trun-  
genus, cæspitosus, firmior et præcocior.

*Descr.* Species nobilissima, vulgo elata, demum fragilla-  
ma. Stipes fistulosus, strictus, fragilis, 3—4 unc. longus,  
lineam et ultra crassus, æqualis l. sursum leviter attenuatus,  
interdum tortus, sulcatus, glaber, cinereo-fuscus l. in ian-  
thinum vergens, apice dilutior, basi radicatus, obsolete fi-  
brillosus. Pileus eximie membranaceus, conicus, dein conico-  
campanulatus, laxus, profunde sulcatus, glaber, uodus obsolete  
viscidulus, 1½ unc. altus et latus, fuscus, circa marginem

dilutior. Lamellæ postice attenuatae, leviter adnexæ, ceterum  
fere lineares, 1—1½ lin. latæ, haud confertæ, nunc distinctæ,  
nunc venis connexæ, pulchre canæ, ad latera in carneum  
obsolete vergentes, acie tenui constanter nigra.

Interruit varietas insignis stipite striato, fusco-purpu-  
reо, disco pilei obscuriori, lævi, margine striato, lamellis  
confertis albis. Hic ad *Ag. ianthinum* accedit. Ceterum cum  
nulla alia specie comparandus.

Laschii fungus statione et vegetationis rationibus a no-  
stro satis differre videtur, quare hoc synonymon dubium.  
Cum vero notæ characteristicæ ceterum sint communes, nolui  
novum nomen proponere.

Tab. 78. f. 3 ad *Ag. atromarginatum* pertinet.

### CLXIX. AGARICUS RUBROMARGINATUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 150. Epicr. p. 101. Monogr. I. p. 199. Secr. n. 911. Berkl. Outl. p. 122. Lasch in Linn. IV. n. 544 (var. *fuscopurpurea*).*

*Diagn.* Mycena pileo submembranaceo, campanulato,  
obtuso, striato, hygrophano; stipite lævi, rigido, exsucco,  
livido-pallido; lamellis adnatis, distantibus, albidis, *acie pur-  
pureo-fusca*.

Loci humidis ad ligna putrida, stipulas etc. haud rarus et  
in plurimis regionibus obvius, at sporadicus, etiam aestate.

*Descr.* Minor, fragilis, inodorus, exsuccus, non cæspito-  
sus. Stipes fistulosus, 1—2 unc. longus, lineam haud exce-  
dens, æqualis, saepe curvato-adscendens, lævis, glaber, livido-  
pallens. Pileus membranaceus, campanulatus, obtusus, un-  
cialis, striatus, glaber, hygrophanus, griseus, livido-rubellus

vel fusco-purpurascens, siccitate expallens (color ceterum va-  
riabilis). Lamellæ adnatae, denticulo decurrentes, distantes,  
distinctæ, haud ventricosæ, ex albido griseæ, acie fusco-  
purpurea, haud manifeste dentata.

Statura et stipite exsucco differt ab *Ag. sanguinolento*.  
*Ag. metatus*, cui videtur proximus, differt statione terrestri,  
pileo sicco atomato-sericeo, lamellarum acie haud discolori.

Bonæ icones *Ag. aurantio-marginati*, *elegantis*, *coccinelli*  
et *roselli* exstant in *Flora danica*.

Tab. 78. f. 4 *Ag. rubromarginatum* refert.

## II. ADONIDEÆ: colore puro, lamellis albis immutabilibus.

## CLXX. AGARICUS ZEPHYRUS FR.

*Syst. Mycol. I. p. 147. Epicr. p. 102. Monogr. I. p. 202.  
Ag. galericulatus v. rubellus Alb. et Schwein.*

*Diagn.* Mycena pileo carnosulo, campanulato-convexo, obtuso, margine striato; stipite striatulo, squamuloso, lilacino-rufescens, basi sublanato; lamellis attenuato-adnatis, late linearibus, vase venoso-connexis, albis.

Ad terram et inter ramenta tam in silvis frondosis quam aceriosis vulgaris, saltim in Smolandia.

*Descr.* Gregarius, rigidus, fragilis, mihi inodorus. Stipes fistulosus, 1—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, æqualis l. leviter sursum attenuatus, striatulus, primo albo-squamulosus, demum nudus, rufescens, basi incurvus, saepe lanatus (hoc

in icono omissum). Pileus submembranaceus, disco fere carnosulus, e campanulato convexus, obtusus, uncialis, ad medium striatus, non hygrophanus, livido-rubellus l. albo-incarnatus, disco subinde fuscescente. Lamellæ adnatae, denticulo decurrentes, latæ, sed non ventricosæ, demum secedentes, vase venoso-connexæ, albæ, interdum rubello-maculatae.

Coloribus *Ag. puro* accedit, sed vix rite affinis. Etiam ab *Ag. galericulato* fragilitate, coloribus, stipite haud radicato e. s. p. bene distinctus.

Tab. 78. f. 6 est *Ag. Zephyri* imago.

## CLXXI. AGARICUS LINEATUS BULL. VAR. EXPALLENS FR.

*Syst. Mycol. I. p. 152. Epicr. p. 103. Monogr. I. p. 204. Weinm. Ross. p. 114.*

*Diagn.* Mycena pileo membranaceo, campanulato, obtuso, lineato-striato (pallide flavente); stipite tenui, laevi, pallido, basi albo-villoso; lamellis adnatis, linearibus, albis.

Ad terram inter muscos, locis vulgo humidis minus frequens.

*Descr.* Species tenuis, mollis, coloribus (ut videtur) mutabilis. Stipes fistulosus, filiformis, 2 unc. longus, æqualis, laevis, glaber, pallidus, saepe flavescentes, ad basin albovillosum. Pileus eximie membranaceus, campanulatus, demum expansus, obtusus,  $\frac{1}{2}$  unc. l. parum ultra latus, totus lineato-striatus, glaber, in nostro vulgo flavescentes, pallidus. Lamellæ

adnatae, lineares, perangustæ, subdistantes, distinctæ, albæ, acie concolori, integerrima.

*Agaricus lineatus Bull. t. 522. f. 3* a meo haud parum recedit, præcipue pileo fuscescente. Specie tamen haud fingo diversum, cum præsentis legerim varietatem pileo fuscescente, ceterum ab utroque præcedentium diversam stipite rigidulo, flexuoso, nitente flavo, pileo exacte campanulato, lamellis crassis. Pileus lineato-striatus omnibus formis communis.

Tab. 78. f. 5 varietatem expallentem *Ag. lineati* Bull. proponit.

## CLXXII. AGARICUS BENZONII FR.

*Elench. I. p. 20. Epicr. p. 104.*

*Diagn.* Hiatula alba, pileo tenerrimo campanulato, subumbilicato, striatulo, secus lamellas hiascente; stipite fistuloso, æquali, glabro; lamellis liberis, approximatis, persistentibus.

Species Americae calidioris, nunc in Europam introduc-ta, Upsaliæ quotannis in coribus Orchidearum tropicarum horti botanici crescens. Similibus locis lecta in Hollandia (OUDEMANS), Germania (RABENHORST).

Species delicata, marcescens, pileo tenerrimo, more Coprinorum Veliformium hiascente, quo ab omnibus Mycenis

Europæis differt. Ex hac nota peculiaris est subgeneris typus (HIATULA), cuius plures exstant species in terris tropicis et subtropicis. Cfr. Fries Nov. Symbolæ Mycol. Hoc vero loco sub Mycenis servavi, quum vix considerari possit ut Flora Suecicæ civis. Proximus *Ag. discretus* Fr. l. c. abunde differt pileo umbonato et lamellis a stipite remotis. Omnibus Hiatulis sporæ albæ et lamellæ persistentes, quibus notis a Coprinis abunde distinctæ.

Tab. 80. f. 2 *Ag. Benzonii* sistit.

## CLXXIII. AGARICUS FARREUS FR.

*Epicr. p. 103. Monogr. II. p. 293.*

*Diagn.* Mycena pileo membranaceo, campanulato-expanso, subumbonato, atomis nitidis furfuraceo, margine crenulato; stipite subradicato, sericeo-striatulo; lamellis adnatis, tenuibus, venoso-connexis, subfimbriatis.

Ad terram inter gramina et muscos. Primus legit defunctus LASCH', qui sine nomine misit. Nuperius in Suecia lectus ad Tvetaberg Sudermanniae. Etiam *Sscr. Helv. n. 919* hoc spectare videtur.

*Descr.* Stipes fistulosus, 2—3 unc. longus, lineam crassus, æqualis, subsericeus et striatus, albus. Pileus mem-

branaceus, e campanulato expansus, unciam haud attingens, obsolete umbonatus, atomato-furfuraceus, nitidus, quo ab omnibus Mycenis differt. Margo striatus, crenulatus. Color pilei albus, nunc in incarnatum, nunc flavescentem vergit. Lamellæ adnatae, subconfertæ, venoso-connexæ, acie saepe fimbriata.

Cum nulla alia specie confundi potest. *Ag. lacteus* differt statura et pileo glabro.

Tab. 79. f. 4 *Agaricum farreum* refert.

## CLXXIV. AGARICUS FLAVOALBUS FR.

*Fr. Epicr. p. 103. Monogr. I. p. 205.  
Ag. pumilus Bull. t. 260 var.*

*Diagn.* Mycena pileo submembranaceo, e campanulato convexo, glabro, laeviusculo, dein expanso umbonato; stipite rigidulo, arrhizo, albo-pellucido, apice pruinoso; lamellis secedente-liberis, planis demum ventricosis, albis.

Ad terram apricam nudam l. gramine tenui tectam per plerasque Europeæ regiones. Catervatim nascitur.

*Descr.* Stipes fistulosus, rigidulus, strictus, vix ultra unciam longus, lineam crassus, æqualis, arrhizus, basi glaber, sed apice pruinosus, pellucide albus. Pileus submembrana-

ceus, fere carnosulus, e campanulato convexus, demum explanatus, umbonatus, l. et ultra latus, laevis, glaber, siccitate saepe rimoso-fissus, flavo-albus l. omnino albus. Lamellæ adnexæ, mox secedente-liberæ, demum planæ, ventricosæ, distantes. albae.

Species olim cum *Ag. lacteo* P. conjuncta, a quo vero plurimis notis differt. Inter muscos vero occurrit varietas stipite longiore, filiformi, quæ *Ag. hypnophilus* PERS.

Tab. 79. f. 5 *Ag. flavoalbum* adumbrat.

## CLXXV. AGARICUS LACTEUS PERS.

*Pers. syn. p. 394. Epicr. p. 103. Monogr. p. 205 et Auctorum.  
Ag. nanus Bull. t. 563. f. N. O.*

*Diagn.* Mycena alba, pileo membranaceo, campanulato, subumbonato, udo striato, sicco laevi; stipite fistuloso, filiformi, subtenaci, flexili, glabro; lamellis adnatis, postice attenuatis, confertis, angustis, linearibus, lacteis.

Ad terram in pinetis vulgo gregaria, numquam cæspitosa nec lignicola ut affinis *Ag. gypseus*.

Species quoad staturam admodum variabilis. Forma inter muscos nascens 3 unc. usque alta, stipite æquali, basi fibrilloso-radicato, pileo l. unc. lato. Alia forma supra

folia pinea nascens unciam l. parum ultra alta, stipite flaccido. Tertia etiam ad folia pinea longe minor, pileo demum planiusculo, stipite tenui, basi bulbilloso-villoso.

His bene cognitis formis addo novam *pulchellam*, inter *Ag. lacteum* et *gypseum* ambiguam; hic vero differt vegetationis rationibus, pileo longe tenuiore, umbone prominente, et præcipue lamellis basi latioribus, subdistantibus. Hic insuper typice cæspitosus, lignatilis.

Tab. 79. f. 3 *Ag. lactei* var. *pulchellam* sistit.

## CLXXVI. AGARICUS GALEROOPSIS FR.

N. sp.

*Diagn.* Mycena pileo membranaceo, campanulato, obtuso, laevi, ferrugineo expallente; stipite elongato, stricto, glabro, inferne ferrugineo; lamellis liberis, ventricosis, subconfertis, pallescenti-albis.

In terra humosa Horti Upsaliensis post pluvias aestivales.

*Descr.* Primo obtutu *Galeræ teneri* adeo similis, ut eandem facile credas. Propius vero examinata differt lamellis liberis, ventricosis sporisque albis. Stipes fistulosus, 4 unc. circiter longus, a basi ad apicem manifeste attenuatus, apice 1 lin. crassus, strictus, fragilis, laevis, glaber, inferne ferru-

ginascens, apicem versus albopallens; basi haud radicatus. Pileus submembranaceus, conico-campanulatus absque umbo, unciam l. parum ultra latus, laevis, glaber, junior ferrugineus, mox expallens ochraceo-pallens. Lamellæ ut supra.

Species paradoxa, ut censem ulterius inquirendum an sit forma personata *Ag. teneris*, licet notis gravissimis differat. Inter Mycenas nulla exstat affinis.

Tab. 79. f. 1 *Agaricum galeropsidem* ante oculos ponit.

III. RIGIDIPEDES. Stipes firmus, tenax, rigidus, exsuccus, siccus, basi radicatus. Pileus haud decolorans.

## CLXXVII. AGARICUS COHÆRENS P.?

*Fr. Epier. p. 105. Monogr. I. p. 207. — Ag. rigidus Lasch in Linn. — Ag. ceratopus Pers. Myc. Eur. p. 214.*

*Diagn.* Mycena pileo carnosulo, e campanulato expanso, velutino-molli, fulvo-cinnamomeo expallente; stipite corneo, rigido, glabro, nitido, badio, basi villo heterogeneo vestito; lamellis liberis, distantibus, subvenoso-connexis, pallescentibus.

Ad truncos vel ad terram inter folia putrida in Kongsparken prope Upsaliam quotannis legi. Etiam in exteris terris, licet rarius lectus.

*Deser.* Stipites subcaespitosi, fistulosi, rigidissimi, cornei, 4—5 unc. alti, 2 lin. crassi, aequales, laeves, glabri, nitidi, sursum badii ipsoque apice albidi, inferne spadicei basique villo albido, quasi heterogeneo, conglutinati. Pileus leviter carnosus, campanulatus, obtusus, uncialis, laevis, glaber, sed

tactu mollis et aspectu subvelutinus, licet non pubescens, cinnamomeus l. umbrino-fulvus, expallens, margine recto et stipiti adpresso. Lamellæ postice rotundatæ, subliberæ, distantes, vulgo venoso-connexæ, perlatae, ex albo pallescentes.

Hic et sequens vulgo confunduntur, licet vix affines, quare synonymia difficilis. Hunc equidem et (ut videtur) ALBERTINI et SCHWEIN. pro *Ag. cohærente* Pers. habuimus, sed cum PERSOON hunc sub novo nomine descripserit, prius nomen dubium factum. Utcumque sit species nobilissima nomen servet!

Tab. 80. f. 1 *Agaricum cohærentem* depingit.

## CLXXVIII. AGARICUS GALERICULATUS V. CALOPUS FR.

*Ag. cohærens Auctt. pr. p.*

Pulcherrima haec speciei notissimæ varietas a typo differt coloribus et stipitibus in longam caudam basi coalitis.

Ab *Ag. cohærente* differt stipitibus cartilagineis, in caudam radicantem, coalitis, absque villo prioris characteristico

reliquisque *Ag. galericulati* notis. Legi ad truncos Pini prope Upsaliam.

Tab. 80. f. 2 sistit *Ag. galericulatum v. calopodem.*



AGARICUS (OMPHALIA) HYDROGRAMMUS FR.

E. Fries direx.

P. Åkerblad del.

Lith. o. tr. Schlachter & Seedorff, Stockh.



1. AGARICUS (OMPHALIA) DUMOSUS FR. 2. AGARICUS (OMPHALIA) LITUUS FR.  
3. AGARICUS (OMPHALIA) OFFICIATUS. FR.



1. AGARICUS (OMPHALIA) DETRUSUS FR. 2. AGARICUS (OMPHALIA) MAURUS FR. VAR.  
3. AGARICUS (OMPHALIA) STRIIPILEUS FR. 4. AGARICUS (OMPHALIA) LEUCOPHYLLUS FR.

E. Fries. direx.

P Åkerblad & E Petersson del.



1. AGARICUS (OMPHALIA) CHRYSOPHYLLUS FR. 2. AGARICUS (OMPHALIA) POSTII FR.  
3. AGARICUS (OMPHALIA) LAESTADII FR.



1. AGARICUS (OMPHALIA) AFFRICATUS FR.    2. AGARICUS (OMPHALIA) SCYPHOIDES FR.  
 3. AGARICUS (OMPHALIA) SCYPHIFORMIS FR.    4. AGARICUS (OMPHALIA) SETIPES VAR. FR.  
 5. AGARICUS (OMPHALIA) GRACILLIMUS WEINM.    6. AGARICUS (OMPHALIA) INTEGRELLUS, PERS.




1. AGARICUS (OMPHALIA) PHILONOTIS LASCH.

3. AGARICUS (OMPHALIA) ONISCUS FR.

2. AGARICUS (OMPHALIA) RETOSTUS FR.

4. AGARICUS (OMPHALIA) SCHIZOXYLON.



1.



2.



4.



3.

1. *AGARICUS (OMPHALIA) CYANOPHYLLUS. FR. n.sp.* 2. *AGARICUS (OMPHALIA) RECLINIS. FR.*  
 3. *AGARICUS (OMPHALIA) UMBRATILIS. FR. VAR. MINOR.* 4. *AGARICUS (OMPHALIA) PICTUS. FR.*

E. Fries dirax.

E. Pettersson &amp; P. Åkerlund del.



1. *AGARICUS (OPHALIA) GRISEUS*. FR. 2. *AGARICUS (MYCENA) SPEIREUS*. FR.  
 3. *AGARICUS (MYCENA) ATROMARGINATUS*. FR. 4. *AGARICUS (MYCENA) RUBROMARGINATUS*. FR.  
 5. *AGARICUS (MYCENA) LINEATUS*. FR. 6. *AGARICUS (MYCENA) ZEPHIRUS*. FR.



1



2

3


4

5

1. AGARICUS (MYCENA) CALEROPSIS FR. n.sp. 2. AGARICUS (MYCENA) BENZONII FR.  
3. AGARICUS (MYCENA) LACTEUS FR. 4. AGARICUS (MYCENA) FARREUS FR.  
5. AGARICUS (MYCENA) FLAVO - ALBUS FR.



1. AGARICUS (MYCENA) COHAERENS FR. 2. AGARICUS (MYCENA) GALERICULATUS v. CALOPUS FR.  
 3. AGARICUS (MYCENA) PARABOLICUS FR. 4. AGARICUS (MYCENA) TINTINABULUM FR.



Tab. 71.	Agaricus (Omphalia) Hydrogrammus.	Fr.
Tab. 72.	"	" dumosus. Fr.
	"	Lituus. Fr.
	"	officiatus. Fr.
Tab. 73.	"	" detrusus. Fr.
	"	maurus. Fr.
	"	striaepileus. Fr.
	"	leucophyllus. Fr.
Tab. 74.	"	" chrysophyllus. Fr.
	"	Postii. Fr.
	"	Laestadii. Fr.
Tab. 75.	"	" affricatus. Fr.
	"	scyphoides. Fr.
	"	scyphiformis. Fr.
	"	setipes. Fr.
	"	gracillimus. Weinm.
	"	integrellus. Pera.
Tab. 76.	"	" philonotis. Lasch.
	"	retostus. Fr.
	"	oniscus. Fr.
	"	schizoxylon. Fr.
Tab. 77.	"	" cyanophyllns. Fr.
	"	reclinis. Fr.
	"	umbratilis. Fr.
	"	pictus. Fr.
Tab. 78.	"	" griseus. Fr.
	"	speireus. Fr.
	Mycena	atromarginatus. Fr.
	"	rubromarginatus. Fr.
	"	lineatus, expallens. Fr.
	"	zephyrus. Fr.
Tab. 79.	"	Galeropsis. Fr.
	"	Benzonii. Fr.
	"	lacteus. Fr.
	"	farreus. Fr.
	"	flavo-albus. Fr.
Tab. 80.	"	cohaerens. Fr.
	"	galericulatus v. calopus. Fr.
	"	parabolicus. Fr.
	"	tintinabulum. Fr.